

Christiano Crusio

S. P. D.

C. Mylius.

164 306

Ne mireris, Vir Celeberrime, has ad Te
litteras dari ab ignoto meritorum Tuorum
aestimatore. Allatae michi sunt
paucis abhinc diebus litterae tuae
humanissimae d. XV. Cal. Jan. a. p. datae a
quodam Sonnen Schmidt, una cum variis
Tuae per totum orbem literarium
satis cognitae eruditionis specimenibus,
cuius Auctor iam ante hos duos
menses ex commentatione excellenti
de pecunia mihi innotuit, cuius
valorem satis aestimare mihi licuit
ex novis literariis Goettingensibus.
Quare unicus tantum responsio Tibi,
Vir excellentissime, exhibeatur, cum
in litteris tuis multos se allocutus,

huius rei ratio non alia est, nisi quod
ego solus sim auctor novorum criti-
corum Berolinensium, licet a multis
exaratae esse videantur. Sed maximo-
pere doleo, me iusto aequo ac modesto
Tuo desiderio satisfacere omnino non
posse. Nova haec de literaria cum
novo quae hodie ingressi sumus, anno
prospere cessant, et ultima eorum
particula iam sub prelo sudabat,
cum scripta tua mihi traderentur.
Interim tamen in aliis novis, licet
non prospere literariis, quae etiam
Berolini publicantur, maxime
eorum faciam mentionem, idque
sermone quam merentur cum laude.

Vitebergam, honestorum atque eruditorum
 virorum palæstram indignissimam
 plus satis cognosco, præsertim Ortho-
 doxorum vestrorum invidiam sum-
 manque honestioribus et doctiori-
 bus imperandi furorem. Intelligis
 opinor, quæ scienti prætereo. Ne
 quid timeas de litteris Tuis. Ne forte
 quidem Te inuito unquam impru-
 denti calamo, quantum in me est,
 publicabitur. Cæterum Universitati
 Vitebergensi exultans gratulor,
 Bergeri, tanti viri, iacturam, Tuo,
 summi viri, accessu esse restaura-
 tam. Favorsi Tuo me commenda-
 tum habeas, efflicte rogo, et, si
 vacat, tuarum litterarum commercio

me non indignum iudices. Bosius Vester,
quem in prima sanctorum atque ami-
corum meorum numero serie, de
reliquis, quae me concernunt, cer-
tificationem faceret. Novorum illorum
exemplaria, in quibus Tuorum
scriptorum mentionem facturis
sum, certissime ad Te pervenient.
Ita, Vir celeberrime, vale. Hab.
Berolini, ipsi Cal. Jan. MDCCLII.